





DISSERTATIO IVRIDICA
DE

1743, 11. 8

EQVO

AD RES EXPEDITORIAS
PERTINENTE

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

CONSENSV

PRAESIDE

ABRAHAMO KAESTNERO

V. I. D. ET P. P.

PVBICO ERVDITORVM EXAMINI

SVMITTIT

AVGVSTVS REINHARDVS VNRVH

ILEBVRG. MISN.

LIPSAE DIE IV SEPTEMBR. A. R. S. CIO IOCCXXXIII.

LITERIS TROGIANIS.





DISSERTATIO IVRIDICA
DE
EQVO AD RES EXPEDITORIAS
PERTINENTE.



§. I.

DE equo ad res expeditorias pertinente
quaedam dicturus, pauca prius de re-
rum harum origine adduxisse, utile vi-
sum fuit. Hanc vero communiter ad
HENRICVM Aucupem referunt, sic
enim HEIGIVS, P. I. qu. 8. n. 25. p. m. 118.
scribit: Defuncto Imperatore CON-
RADO Carolouingorum ultimo, cum ad HENRICVM
Primum, Saxonem, Aucupem dictum, res omnis Rô-
mana et Germanica inclinasset, idemque *Vngaros* siue
Hunnos, memorabili pugna in Merseburgensibus campis
fudisset, et ad interneconem deleuisset, cogitauit Impe-
rator optimus, quomodo de hinc pacis firmiteris funda-

A 2

menta

menta iacere posset. Ludos igitur equestres, ad exercitanda nobilitatis studia, instituit, in vrbes et oppida ciuiliores, in pagis antea degentes, deduxit, iuri dicundo, et legibus idoneos magis magisque reddidit, atque cum primis hac in parte auctius effecit ius Saxonicum, vt rerum expeditoriarum singulare ius et in his successio filio primogenito et agnato seniori praecipua esset, quod in bellis obeundis onus militiae his praecipue incumberet, et vicissim hoc commodum prae caeteris concedendum videretur. v. SPANGENB. Chron. Saxon. c. 121. in f. et c. 125. THEOD. NIEM. de priuileg. Imperii, tit. de HENRICO Rege.

§. II.

Eodem fere modo GOBELINVS PERSONA Cosmodromii aetat. 6. c. 47. rerum harum originem deducit. Mandauit, inquit, Rex HENRICVS, quod ciues ciuitates suas muris et fossis munirent; et, vt viri in armis et factis fortibus se magis exercerent. Et mandauit, quod senior inter fratres quoscunque deberet esse in exercitu regis, et propter hoc ipse solus tolleret patris exuuias, inter quas arma maxime reputabantur. Et inde vulgo Heergewede adhuc nominantur. Conf. NICOL. SCHATEN. l. 3. Annal. Paderborn. p. 260. MEIBOMIVS in notis ad WITTEKINDI annales, tom. 1. R. G. p. 686. Quando vero in praecedentibus dictum: Seniore[m] natiuitate solum succedere in rebus expeditoriis, hoc explicare videtur Land. R. Lib. I. art. 23. de eo casu, vbi frater senior impuberum fratrum tutelam gerere tenetur, et in compensationem tutelae administratae ipsi res expeditoriae cedunt; hinc ibidem dicitur: Wann die Ehne noch binnen ihren Jahren sind, so nimmt ihre ältester ebenbürtiger Schwerdmagen das Heergewette alleine; Et in glossa ad haec verba: Disz nimmt der Schwerdmage zuvor, vor die Arbeit und Mühe seiner Vormundschaft; Ast glossa latina

latina, haec verba sic interpretatur: quod senior res expeditorias donec reliqui fratres maiorenes facti sint, in sua custodia saltem habere debeat, et tunc illis, *gladio excepto*, restituere teneatur, vti etiam pronunciatum refert CARPZ. P. III. C. 38. def. 31. vt propterea hodie vnanimis *Dd.* sit sententia, fratrem natu maiorem nunquam sibi tantum has res vindicare posse. *Conf.* BARTH. *de Gerada Sc. Cap. VIII. §. 3. et 6. p. m. 747.* Legibus Normannicis primogeniti etiam praecipuum habent HERBEGAGIVM, quam vocem de militari suppellectile, von dem Heergeräthe, explicat de LVDEWIG *in reliq. Manuscript. Tomo VII. p. m. 214. §. 9.*

§. III.

Res expeditorias enumerat *Land: N. Lib. I. art. 22. et Weich: B. art. 25.* consuetudines tamen et statuta locorum variant. v. BARTH. *c. l. §. 8. p. 755.* Facultas Iuridica Lipsiensis, anno 1738. consulta, TITIO, versus Marienberg. *M. Ianuar.* sic respondit:

Wollet ihr wissen, was vor Stücke nach Sächsischen Rechte zum Heer Geräthe gehören, so sind es folgende:

Das beste Pferd mit dem Sattel und Zeuge, das beste Schwert, der beste Harnisch, ein Schild, des Mannes tägliche Kleider, ein Heer: Psühl, das ist ein Bette nechst dem besten, nehmlich ein Küssen, und zwey Bett: Tücher, ein Tisch: Tuch, zwey Zinnerne Schüsseln, ein Fisch: Siegel, und ein Holl: oder Schüssel: Ring. *Conf.* CARPZ. P. III. C. XXXIIX. def. 15. de WERNHER. P. I. O. 60. in f.

§. IV.

Inter res modo recensitas de equo saepe controuersia mouetur, vti ex iis quae sequuntur adparebit. Consuetudinae vero hic ante omnia sunt locorum consuetudines. Alicubi enim, vti iuxta ciuitatis Misenenensis statuta, *de anno*

1525. rebus expeditoris plane equus non adnumeratur. In quibus statutis ratione thoracis hoc singulare observare licet: Aber der Harnisch soll nach der Stadt-Ordnung, wie denn der Rath auf ieglich Hauß gesetzt, bleiben, und nicht aus dem Hauße verändert werden, sondern ein iegliches Frau- Erbe soll dem Schwerdtmagen 15. Gr. und ein klein Hauß, das nicht zu brauen hat, 5. Groschen für den Harnisch, zum Heergeräthe gehörende, heraus geben, damit der Harnisch im Hauße bleibe, und der Schwerdmage soll am bestimmten Gelde begnügt seyn. v. Schöttgens Diplomatische und curieuse Nachlese der Historie von Ober- Sachsen, P. I. C. IV. p. m. 310. Conf. Archium Celense et Roswinense, P. VIII. p. m. 162. vbi res expeditoriae secundum civitatis Roswinensis statuta recensentur, equi vero nulla fit mentio.

§. V.

In legibus feudalibus Mекlenburgicis, §. 10. sic disponitur: Das Heergeweide kan man mit des Verstorbenen besten Pferde, oder da er keines gehabt, mit einem halben Mark lösen; Wer auch solches muthwillig oder anderer Ursachen halber nicht geben wolte, der verliehrt alle sein Recht an den Lehn- Gütern. Et §. 11. pergitur: Stürbe ein Lehn- Mann ohne Söhne, und der Erben einer, so viel deren wären, des verstorbenen Pferd zum Heergeweide bringen, und dadurch die andern hintergehen wolte, sollen die Grafen von den andern nicht desto weniger ein halb Mark zur Heergeweide nehmen, und diese eben so wohl als die vorige hören, doch daß es auch zu rechter Zeit geschehe. v. de LVDEWIG. Reliqu. Manuscript. tomo II. p. m. 302. seq.

§. VI.

Dum vero Ius Saxonicum Prouinciale equum optimum rebus expeditoris adnumerat, non indifferenter de equis omnibus, sed de maribus tantum accipiendum est, equae enim regulariter his rebus non accensentur. Ob stare quidem

quidem videtur: quia equi adpellatione venit etiam equa, v. l. 65. §. 6. de legat. III. masculinum quippe regulariter in qualibet materia continet femininum, vid. l. 1. et l. 195. de V. S. Inde mulorum adpellatione etiam mulae continentur, vid. l. 62. de leg. III. et qui fratrem adpellat, sororem etiam comprehendit, vid. l. 35. de pactis. Quia tamen 1) equae minus aptae et idoneae videntur ad expeditionem militarem, cum fieri posset facillime, ut ex harum accessu equi ob nimiam coeundi libidinem turmas equitum turbarent, et confusionem aciei parerent; 2) saepe in bellis res in silentio peragenda est, ne quid forte de stratagemate, quod sub manibus est, hostis animaduerat; quod vix fieri potest, si promiscue sine discrimine sexus, et equis et equabus in bello locus esset; Desiderio enim equarum caeteri Caballi hinnire solent, quo ipso res facile manifestari potest. Accedit 3) quod viduae nobiles equas sibi vindicent, per Land: R. lib. I. art. 24. sin autem equae ad res expeditorias referri deberent, Morgengaba sane viduarum diminueretur; hinc negatiue pronunciatum penes CARPZ. P. III. C. XXXIIX. d. 26. et de WERNHER. P. I. O. 60. p. m. 77. qui tamen ipse sublimitat opinionem suam eo casu, si equae ad usum equestrem et equitationem assuefactae essent, vel ad militaria vehicula, denen Heerfahrthsz Wagen adhiberentur. Quam CARPZOVII posteriorem sententiam tamen in dubium vocat BARTH. in Tr. de Gerada, c. 8. p. m. 756. §. 9. so ist doch, inquit, solches wegen obig angeführter Ursachen ungewiss, und allensfalls nur von Bürgerstandes Personen, Heer: Geräthe zuzulassen.

§. VIII.

Quae §. praecedente, de equabus, von denen Mutter: Pferden, dicra sunt, eas rebus expeditoriis non adnumerari, limitantur etiam eo praepremis casu, vbi consuetudine aliud

aliud introductum. Tota enim harum rerum tractatio iure nititur consuetudinario; hinc *alicubi* plures, *alicubi* pauciores, sunt in usu. Errant igitur longe, qui legum subtilitatem saltim sequuntur, quibus euenit, ut si forum accedant, in alterum se orbem delatos putent, et, canente HORAT. *Sermon. Lib. I. S. 3. cum ventum ad verum est: sensus moresque repugnant.* Ea quippe quae usu et consuetudine sunt inducta, iuxta ac rectae rationi innixa sunt, non tantum vim et auctoritatem legum obtinent, v. *§. 9. de I. N. G. et C.* sed illis ipsis etiam derogant, v. *l. 32. §. 1. in f. de LL. SVTHOLT. disp. I. aph. 39.* consuetudo enim locorum praepriis attendenda et in plerisque tyrannizat. Facile igitur largimur, si quis pro se inueteratam consuetudinem adducere possit, equam eim *Mutter-Pferd*, rebus expeditoriis constanter adnumeratam fuisse, pro eo sine dubio etiam pronuntiandum esse, uti fecerunt etiam *Dnn. Scabini Lips.* versus *Pegauiam*, referente CARP-ZOVIO *c. l. def. 29.*

§. VIII.

Si vero mortuus tantummodo relinquitur pullum equi, eim *Hengst-Füllen*, an talis ad res expeditorias etiam referendus erit? Pro adfirmatiua adduci posset: quia pullus etiam equus est, et dicitur equus, vnde vendita equa etiam pullus, qui sequitur, venditus censetur, IASON *in l. 6. de condict. caus. data, n. 24.* et pullus etiam aptus censetur ad militiam; Est enim in iuuentis patrum virtus. Cum vero pullus equinus proprie adpellatione equi non contineatur, v. HIPPOL. BONACOSSA *in tr. equor. qu. 14.* vbi pro hac sententia tuenda prouocat *ad l. 19. §. 7. loc. cond.* et pullus iste ephippio et freno nondum sit instructus, quae tamen qualitas requiritur, v. GOLDB *in tr. de Gerad.*

Gerad. rubr. de spec. quas vxor. n. 4. COLER. P. I. dec. 203. n. 8. hinc contraria sententia placuit Dnn. Scabinis Lips. in praeiudicio quod adducit BERLICH. Dec. XXIV. cui etiam adstipulatur FINCKELTH. Obs. pract. 24. n. ult.

§. IX.

Quid vero dicendum de equo, quod aliquis non ad equitandum, sed v. g. ad agrum colendum, vel ad alia negotia expedienda attribuerit? Hoc casu recepta est distinctio: Aut defunctus vsus fuit tantum equo, ad propriam agrum colendum, et ad propria negotia expedienda, aut equum pro certa mercede aliis locauit. Posteriori quippe casu equus ad res expeditorias non pertinet, bene tamen priori, vti distinguit glossa germanica in art. 27. lib. I. Land: R. vers. Welch Mann n. 3. ibi: Welche keinen eigenen Acker haben, sondern sich mit ihren Pferden täglich nehren, und allein um ihres Leibes Nahrung willen Pferde halten, als damit sie täglich uns Lohn fahren, die geben noch vererben kein Heers gewette. Et sic pronunciatum refert FINCKELTH. c. 1. n. II. et CARPZ. P. III. C. XXXIIX. def. 28. vbi in fine, equum mercatoris, qui eo ad merces vehendas vsus erat, ex modo adducta ratione et distinctione ad res expeditorias refert, cum quo consentit, quem adlegat, HARTM. PISTOR. obseru. 146. n. 6. et BERLICH. P. III. Concl. 24. n. 5. Cum vero intuitu equorum quibus vtuntur aurigae, rheadarii, magistri Postarum, locatores equorum, hippocomi seu mangones &c. longe alia sit ratio, hinc huius generis equi ad res expeditorias referri nequeunt. vid. BARTH. de Gerada, cap. VIII. §. 10. p. m. 758.

B

§. X.

§. X.

Aliquando mortuo marito viduam inter filiumque intuitu equi *Heergewettæ* adnumerandi lis oritur, vti ex casu sequenti adparet: Legauerat defunctus vxori duos equos, quibus ad vehendum vti posset. Filius, ex omnibus a patre relictis equis, optimum eligere cupiebat; Mater vero ante filium sibi ius eligendi competere putabat. Pro filio militari videtur, quia ipsa iuris Saxonicæ dispositione sibi optimum vindicat equum, ac insuper verum est, neminem, nequidem expresse, id efficere posse ne leges valeant, in suo testamento, multo minus tacite, relinquendo legatum, id factum præsumendum, cum alias semper in testatoris potestate constitutum esset, leges a Superiore latas elidere. Quia tamen hisce rationibus non obstantibus fauor vltimarum voluntatum est maximus, et iuris expediti est, quod re in genere legata, legatarii sit electio, v. §. 22. *Instit. de legat. l. 37. pr. de leg. I. nisi testator aliud dixerit, vel verba ad hæredem directa, vid. l. 84. §. 9. de leg. I. Dominis Scabinis Lips. pronunciare pro vidua placuit, Mense Iun. 1679. versus Misenam ad consultationem Hier. Sigism. Gerlacchii.*

§. XI.

In mentem venit etiam casus, vbi filius mortuo patre, nulloque equo relicto, loco ipsius optimum bouem sibi vindicare intendebat. Absurdum quidem atque ridiculum hoc postularum videri posset; ast, si de loci consuetudine constaret, per ea, quæ §. 7. adducta sunt, sententiam pro se sperare potuisset. Cum vero con-

consuetudo sit facti et non praesumatur, sed probanda veniat, ius Prouinciale autem conceptis verbis, *de equo* tantum loquatur, ad sensum haec filii metamorphosis, *fiat equus*, non obtinuit, sed repulsam tulit e *Scabin. Lips. Mensē Octobr. 1661.* versus *Dornau*, ad consultationem *Margarethæ Hausin*. Caeterum boues non minus quam equi, priuilegiis atque praerogatiuis suis gaudent, de quibus non attinet multa hic adferre. Varia vero de bobus lectu digna congeffit **LEISER** in iure **GEORG.** *lib. II. c. XIII.*

§. XII.

Cum iuris consuetudinarii modo fecerimus mentionem, alius se offert casus: Miles moritur, Tribunus eius ex militari consuetudine, equum ad defunctum pertinentem, sibi retinet. In diuidenda reliqua militis haereditate, proximus agnatus optimum desiderat equum; contradicunt caeteri, ad factum Tribuni prouocantes, qui equum sibi iam vindicasset; Si vero agnato idem permetteretur, nimium haereditas oneraretur, quae duplici damno afficeretur. Verum enim vero, cum Tribunus, iure plane singulari, *scil.* consuetudinario, equum defuncti sibi vindicasset, agnato autem iure Prouinciali equus debeatur, factum et ius Tribuni agnato praediudicare non potuit, cum cuilibet tantum factum suum, non vero tertio damnosum esse debeat, *v. l. 155. pr. de R. I.* alteri enim per alterum conditio iniqua non est inferenda, *v. l. 74. de R. I.* vt ea propter recte pronunciatum pro agnato a *Laudatis Dominis Scabinis, M. Dec. 1691.* versus *Numburgum*, ad interrogationem *Ioan. Iacobi Cleandri.*

B 2

§. XIII.

§. XIII.

Sicuti vero equum optimum, sic etiam optimum ephippium capistrumque agnatus sibi vindicat. Quibus accensentur etiam die besten Steig: Bügel, Pistohl: Hulffstern und Schabaracke, tanquam pars accessoria quae suum principale sequitur. v. §. 26. *Insl. de R. D. l. 19. §. 13. de aur. et arg. leg. c. 42. de R. I. in 6. conf. BARTH. c. l. §. 11. p. 760.* Non vero agnatus vna cum equo sibi simul sumit Pistolen, Degen: Gehencke, Corbatschen, Patron: Tasche, Pulverhorn, vti pronunciarunt iidem Dnn. Scabini, *Mense Nouembr. 1699.*

§. XIV.

Ad eorum quae §. 9. adducta sunt illustrationem, Inclutae Facultatis Iuridicae Lipsiensis, adducam praeciudicium; Sic enim illa, lite, intuitu equi inter cohaeredes orra, *Mense Ianuar 1738* respondit: Zum letzten und auf die dritte Frage, wollet ihr, ob Cneii Reit: Pferd, mit Sattel, Zeuge und allen was darzu gehdret, zum Heer: Geräthe zu rechnen, des Rechts belehret werden. Ob nun wohl Cneius besagtes Pferd, bisweilen zum Zuge und anderer Haushaltungs: Arbeit gebrauchet; Diesem nach, daß es zum Heer: Geräthe nicht gehbrig, es das Ansehen gewinnen mächte; Dennoch aber, und dieweil nicht alleine Reit: Pferde, sondern auch alle, so von dem Verstorbenen zum Fahren und anderer Arbeit gebrauchet worden, zum Heer: Geräthe zu ziehen, und von solchen das beste, wenn deren mehr als eines vorhanden, denenienigen, so das Heer: Geräthe zusehet, gesattelt und gezäumet abgefollget werden muß. So ist besagtes Pferd unter die Heer: Geräths: Stücke billig zu rechnen.

COROL.

13 (80
COROLLARIA.

I.

Equus et reliquae res expeditoriae regulariter quidem filiis, nepotibus, et his deficientibus, proximo agnato debentur; Si vero legitima reliquis non sit salua, ex rebus expeditoriis supplenda venit. Sic responderunt *ICri Vitreberg. Mens. Aug. 1718. teste de WERNHER P. IV. Obs. CLXXV. p. m. 486.*

II.

Praeter res eas, quas recenset *Ius Prou. Lib. I. a. 22.* nullae aliae ad *Heergewettam* referri debent, licet illis defunctus solus et quotidie vsus sit; nisi alicubi consuetudo aliud introduxerit. v. de *WERNHER. P. II. Obs. CCCCLXXVI. p. m. 944.*

III.

In Republica Romana, sub *SERVIO* Rege, viduae diuites, equos militares alere tenebantur; quod quibusdam iniquum non videtur: quia aequum est delibare quaedam ex opibus superfluis in publicum bonum, vt hac saltem ratione, cum aliter nequeant, bene mereantur de patria. v. *LIVIVS. Lib. I. c. 43.* Quae constitutio tamen, de viduabus nullos liberos habentibus, communiter accipitur, quia in horum fraudem non credendum quicquam admissum. v. *BECHMANN, de eo qual circa equos publice priuatimque iustum est. cap. I. §. 5.*

An ex vsu Reipublicae sit eiusmodi quid intuitu diuitum,

uitum, de quibus constat, quod nullos alios, nisi haeredes hilares relinquant, in genere constituere, sicque heredipetas, qui variis modis viam ad viduarum aliarumque personarum diuitum, hereditates sibi praeparare conantur, ad promouendum interesse publicum praeuenire? iam vltcrius inquirere non lubet. Interim in conflictu *adfirmatiuam* tuebimur.

IV.

Equorum vitia capitalia *ius Saxonicum* non nisi *tria* recenfer: 1) *Stetig*, 2) *Staarblind*, 3) *Haarschlecht*. v. *W. B. art. 97*. i. e. *retrogradus*, *caecitate latente*, vel *inuisibili laborans*, et *suspiriosus* siue *asthmaticus*. Quaeritur autem: *Si equus venditus sit phreneticus seu lunaticus*, an non etiam hoc casu emtori *actio redhibitoria* sit concedenda? De iure equidem ciuili dubitandum non est, quia hoc iure venditor ad omne vitium latens praestandum obstringitur. v. l. 14. in f. de *aedilit. edict.* De iure autem Saxonico hoc negat CARPZ. P. II. C. 35. d. 17. BECHMANN. ad *τ. iit. de aedil. edict. obs. pract.* IV. p. m. 179. RICHTER. dec. XCV. n. 31. Alii vero, si hoc modo equus plane inidoneus reddatur, adfirmant, v. de BERGER *Oecon. iur. edit. nou.* p. m. 750. not. 1. vbi praedictum hanc in rem adfert. Quae sententia et nobis verior et sequenda videtur, quia alias omnes equi lunatici Saxoniae induci possent. Adprobat hanc etiam LEISER. in *iure Georg. Lib. II. c. XII. n. 101. edit. nou.* p. m. 367. conf. BARTH. *Hodeg. for.* p. 244. *edit. nou.* qui quidem

quidem cum CARPZ. consentit, cessare redhibitoriam, quanti minoris tamen actionem concedit emtori. v. VITRIARIVS, de tribus vitiis equorum capitalibus Saxonici. Traiect. ad Rhen. 1694. George Engellhart Löhns gründlicher und ausführlicher Bericht, von allem was zur Lbblichen Reuterey gehöret. Remling. 1642. vbi p. 204. de vitiis equorum sic scribit: Uebershaupt haben die Pferde folgende Mängel: 1) sind sie scheu, 2) flüchtig, 3) daß sie beumen, 4) kollernd, 5) schlagen, 6) beißen, 7) stettig, 8) im Wasser und Roth welken, 9) furchtsam, 10) Sporenflüchtig, 11) sich nicht satteln lassen. Varia huc pertinentia congescit b. Dn. IVL. BERNH. de ROHR. in der Fortsetzung des vollständigen Haushaltungs-Rechts, lib. VI. cap. III. von denen Hauptmängeln der Pferde, sonderlich nach denen Sächsischen Rechten. p. m. 764. seq.

V.

Cum infinitae fere sint fraudes et machinationes quae circa equorum venditionem quotidie occurrunt, adprobanda nobis videntur instituta quorundam locorum, vbi particularia iudicia equestria, Pferde-Gerichte, sunt constituta, de quibus testatur LEISER in iure Georg. lib. II. c. XII. n. 63. Opus enim hic est in hac arte peritis, quem in finem praecipimus hippocomi, Kostäuscher, Pferde-Händler, Huf-Schmiede, Pferde-Aerzte, aliique scientiam hanc callentes, adhibendi. v. Nöbenstrunck, medit. aedil. lib. II. c. 2. n. 5.

VI.

Singulare quid circa equos ius civile constituit, quod scil.
iure

iure postliminii gaudeant; sic enim MARCELLVS in l. 2. de capt. et postl. Equus, scribit, aut equa fraeni patiens recipitur postliminio: nam sine culpa equitis proripere se potuerunt. Mobilia reliqua postliminio non redeunt, quae est communis sententia. Cur autem equus eximatur, GROTIUS de I. B. et P. lib. III. c. IX. §. 14. hanc adsignat rationem: Quod tale quid in bello vsum habeat. Talia vero placuisse Gentibus, olim excipere, vt recuperandi spes, ad ea comparanda, alacriores homines redderet. Id quod in Occidente etiam, et sub Gothis ad tempora BOETHII vsque obseruatum fuisse, tradunt rerum antiquarum obseruatores. Posterior vero aetas id sustulit, nulla amplius in rebus mobilibus differentia manente, teste GROTIO, c. l. §. eod.

VII.

Equus multis virtutibus ornatus vsibusque humanis variis aptus est, et laudibus extollitur in ipsis sacris literis; v. IOB. XXXIX. 22. seq. conf. VIRGIL. lib. III. Georg. Hinc pro singulari in equos affectione quidam illos ita amarunt, vt eorum stemma et proauos quaesierint, v. LIPS. cent. III. epist. 26. quibus quodammodo adhuc indulgendum; saltim ridenda est insanitas et stultitia CALIGVLAE, qui equum suum consulem Romanum efficere voluit. v. LEISER in iure Georg. Lib. II. c. 12. n. 4.




ULB Halle

007 467 842

3







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

1743, 11. 8

RTATIO IVRIDICA
DE

QVO

EXPEDITORIAS
RTINENTE

QVAM
ICTORVM ORDINIS

IN
MIA LIPSIENSI
ONSENSV

PRAESIDE
MO KAESTNERO
I. D. ET P. P.

RVEDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
REINHARDVS VNRVH
EBVRG. MISN.

SEPTEMBR. A. R. S. CID IDCC XXXXIII.

RIS TROGIANIS.

